



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 95. Præter decreta Ecclesiastica ab Eduardo condita, adhuc alia per Elisabetham stabilita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1559.

cenferet, atque exinde Ecclesias maiori confluentium numero conspicuas reddi speraret. Verum reclamantibus Episcopis, ac Protestantibus ipsa, si fidem non mutavit, saltem aliam induit agendirationem; quippe imagines, picturas, & statuas ex Ecclesiis auferri præcepit, quinimo haud contenta, quod decreta Ecclesiastica regnante Eduardo VI. fratre suo sub primo regiminis anno promulgata rursus innovasset, insuper alia nova condidit, quorum præcipua hic referimus.

## §. XCV.

*Præter decreta Ecclesiastica ab Eduardo condita, adhuc alia per Elisabetham stabilita.*

Itaque præprimis Sacerdotibus, & Diaconis matrimonia inire inhibuit, nisi prius Episcopus Diocæsanus id permisserit, atque accedente utriusque Urbani Rectoris consensu etiam cognati, vel mulieris amici consenserint. II. Præcepit, ut Ecclesiastici juxta utriusque Universitatis consuetudinem vestiantur. III. Omnes Officio Divino in quavis Parochia assistant. IV. Durante re Divina non aperiantur cauponæ. V. Prædicatores a loci Ordinariis Verbum Dei annuntiandi licentiam postulent. VI. Episcopi in quavis Parochia tres, vel

vel quatuor prudentes, ac circumsp- Sæcul. XVI.  
 ctos Viros nominent, qui Parochianos A.C. 1559.  
 adstringant, ut diebus festis, ac Domi-  
 nicis Ecclesias frequentent. VII. Pre-  
 ces in solito Officio præscriptæ, necnon  
 litanix singulis feriis quartis, & sextis  
 recitentur. VIII. Quicumque exola hæc  
 proferret nomina: *Papista, hæreticus,*  
*Schismaticus, Sacramentarius* &c. severe  
 puniatur. IX. Nullus liber imprima-  
 tur absque privilegio, seu licentia cu-  
 jusdam Archiepiscopi, Episcopi, vel Can-  
 cellarii in quadam Universitate. X.  
 Preces flexis genibus dicantur. XI.  
 Quando Sanctissimum nomen Jesu pro-  
 fertur, fiat debita capitis inclinatio.  
 XII. Nullum altare ex Ecclesiis auffer-  
 ratur, inscio Parocho, vel illius Pa-  
 rochiæ ædituo. XIII. In qualibet Ec-  
 clesia mensa ad Communionem apta  
 erigatur. XIV. Panis, qui pro Synaxi  
 adhibetur, sit purus, rotundæ figuræ,  
 ac nullam referens imaginem. Deni-  
 que Elisabetha præscribebat normam  
 illarum precum, quæ ante concionem  
 reciandæ erant, atque hæc paulisper ab  
 Eduardi orationibus differebant.

## §. XCVI.

*Facultatis literæ Deputatis ad visi-  
 tandum datæ.*

M 4

Post-